

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Bonum siue bonitas d
cum fonte primo

Vir bonus cito nec fieri nec intelligi potest.

Nam ille alter fortasse tanquam fenix
anno quingentesimo nascitur.
Nec est mirum ex interuallo magna generari;
mediocria et in turbam nascencia
sepe fortuna producit.

Sed

qui
sciret quid esset uir bonus,
nondum se esse crederet,
fortasse eciam fieri posse desperaret.

Seneca XLII. epistola.

Atqui

vir bonus tam cito nec fieri potest nec intelligi.
Scis quem nunc virum bonum dicam?

hunc secundae notae;

nam ille alter fortasse tanquam phoenix semel
anno quingentesimo nascitur.

Nec est mirum ex intervallo magna generari:

mediocria et in turbam nascentia

saepe fortuna producit,

eximia vero ipsa raritate commendat.

Sed

iste multum adhuc abest

ab eo quod profitetur; et si

sciret quid esset vir bonus,

nondum esse se crederet,

fortasse etiam fieri posse desperaret.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae
morales*, 42.1-2 (L. Reynolds ed., vol.1, p.111,
ll.3-11).